A. 961.	S. 961[3].	Thietmar II, 11.
Anno Domini 961. [Regnante[1]] Ottone Magno[2], presentibus regni optimatibus, in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius cum aliis sanctorum porcionibus Ratispone allatum est et ab eo cum maximo honore Parthenopolim transmissum.	Regnante piissimo rege Ottone, anno regni eius 25, presentibus legatis domni apostolici . . in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius defertur. Quod maximo, ut decuit, honore Partenopolim transmissum, unanimi indigenarum et comprovincialium conventu ibidem susceptum est et ad salutem patrie hactenus veneratum est. Insuper plurimorum reliquie sanctorum . . eodem die gloriosissimo regi Ratispone allate sunt.	Anno dominicae incarnationis 961, regni autem eius vicesimo quinto, presentibus cunctis optimatibus, in vigilia nativitatis Domini corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum eius cum aliis sanctorum porcionibus Ratisbone sibi allatum est. Quod maximo, ut decuit, honore Parthenopolim transmissum, unanimi indigenarum et comprovincialium conventu ibidem susceptum est et ad salutem patriae tocius hactenus veneratum est.

Dasselbe ist der Fall in dem Berichte von dem Tode Ottos II:

A. 983.	S. 983[4].	Thietmar III, 14.
Deinde imperator Romam venit, relicta matre sua venerabili Alheyda in Papia civitate, graviter infirmatus, omnem suam pecuniam in quatuor partes divisit, primam ecclesiis, secundam pauperibus, terciam dilecte sorori sue Mattildi, que abbaciam in Quidilingborch devota Christo famula optinuit, quartam	Inperator cum Romam venisset, relicta venerabili matre sua in Papia civitate, graviter infirmatur, et ut extrema persensit adesse, omnem suam pecuniam in quatuor partes divisit, unam eclesiis, secundam pauperibus, terciam matri ac unice sorori pro commendatione debite caritatis, quartam militibus, qui vitam et patriam suo	. . namque inperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papia civitate, graviter infirmatus, ut extrema persensit adesse, omnem suimet pecuniam partes divisit in quatuor, unam aecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectae suimet sorori Mahtildae, quae abbaciam in Quidilingeburg devota

1) Fehlt cod., ergänzt aus Ann. Saxo. 2) Später hinzugefügt cod.
3) SS. VI, 615. 4) SS. VI, 631.